Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



IOB

sermonibus eius ne forte dicatis
mihi eruditis sapientiam deus proie
cit eum et non homo multi loquitis e
t ego non secundum uestros sermones res
pondebo illi. Et timuerunt et non res
ponderunt ultra abstulerunt que a
se eloquia. Quoniam igitur exspecta
ui et non sunt loquti steterunt nec
responderunt ultra abstulerunt que
ad eloquia sua. Respondebo et ego
partem meam et ostendam suam me
pleni sum ego sermonibus et coar
tat me spiritus meus et uiscera mea eu
uenter meus quasi mustum abq; spiraculo
quod laguncula nouas distruit lo
quor et respirabo paululum aperiam
labia mea sed respondebo non accipiam
personam uiri et deinde hominem non equa
bo uestro enim quam diu subsistam
si post modicum tollat me factor meus.

XXXIII

Audi igitur
iob eloquia mea omnes sermo
nes meos ausculta ecce ape
ruit os meum loquatur lingua mea
in faucibus meis simplici corde non
sermones mos et scientiam labia mea
puram loquetur. Spiritus dei fecit
me et spiraculum omnipotentis uiui
ficauit me si potes responde mihi et
adiuua faciem meam considera. Ecce
et me sicut et te fecit deus et de eodem
luto ego quoque formatus sum uerum
tamen miraculum meum non te ter
reat et eloquentia mea non sit tibi onus
Dixisti ergo in auribus meis et uocem
uerborum tuorum audiui. Mundus
sum ego et absque delicto immaculatus
et non est iniquitas in me quia q
relas in me reperit in arbitratus e
me inimicum sibi posuit in nerui
pedes meos custodiunt omnes semi
tas meas. Ecce ergo in quo non es iu
stificatus. Respondebo tibi quia ma
ior sit deus homine aduersus eum
contendis quam ad omnia iuba res
ponderit tibi semel loquitur deus
et secundo idipsum non repetit per somnium
imagine nocturna quoniam irruit
super homines et dormiunt in lect
ulo. Tunc aperit aures uirorum et
erudiens eos instruit disciplinam
ut auertat hominem a bonis que
fecit et faciat ut liberet eum de superbia
eruens animam eius a corruptione et
uitam illius ut non transeat in gla
dium. Increpat quoque per dolorem in
lectulo et omnia ossa eius marcescere
faciat abhominabilis ei fit in uita
sua panis et anime illius cibus ante
desiderabilis. Et habebit caro eius
et ossa que ante tecta fuerant nuda
buntur. Appropiabit corruptoni a
nima eius et uita illius morteris
si fiuit pro eo angelus loquens unus
de millibus ut adnuntiet hominis
equitatem miserebitur eius et dicet
liberet eum ut non descendat in cor
ruptionem inueni in quo ei placet. Con
sumpta est caro eius a supplicis re
uertatur ad dies adolescentie sue
deprecabitur deum et placabilis ei
erit et videbit faciem eius in iubilo
et reddet homini iustitiam suam res
piciet homo et dicet peccauit et uere